

THE DESCRIPTION OF THE WORLD & THE LAST MARCO POLO
 proprio in cisterna comuni Et partim firmat a parte superiorj per supra Januam
 magistralem supra calem siue viam comunem conuicinorum. Et ab alio suo
 capite firmat partim a parte superiorj per supra dictas voltas supra scalam comunem
 Et partim firmat a prima trabatura inferius in scala comuni super quam scalam
 hec proprietatis debet & habere potest fenestras pro suo luminario Partimque
 firmat a parte superiorj per supra dictam scalam supra dictam curiam comunem
 Et partim firmat a parte superiorj per supra porticum que discurit ad Januam
 maiorem in muro comuni huius proprietatis & proprietatis heredum domini
 Marcj Paulo milion Partimque firmat tam Inferius quam superius a secunda
 trabatura inferius in cisterna comuni Vt infra. Ab vno suo latere firmat partim
 a parte Inferiorj a prima trabatura inferius cum suis domibus a sergentibus in muro
 comuni huius proprietatis & dictarum voltarum furnicionis domini Mathej
 Paulo Et partim firmat similiter in vno alio muro comuni huius proprietatis et
 dictarum voltarum dicte furnicionis dictj domini Mathei Paulo Partimque firmat
 a parte superiorj a prima trabatura superius & a secunda Inferius cum suis dictis
 hospicijs positis per supra dictas voltas in porticu comuni vnde habet Introitum &
 exitum Partimque firmat a parte superiorj supra dictam scalam comunem Et ab
 alio suo latere firmat partim tam Inferius quam superius a dicta secunda trabatura
 inferius mediante dicta Cisterna comuni in calj siue via comunj huius proprietatis
 & proprietatum conuicinorum vnde habet Introitum & exitum vsque ad viam
 comunem Partimque firmat a parte Inferiorj a prima trabatura inferius cum suo
 muro proprio in porticu comuni vnde habet Introitum & exitum Partimque firmat
 a parte superiorj per supra dictam porticum comunem in calicello de grondali-
 bus comuni huius proprietatis et proprietatis de cha basilio. Et est sciendum quod
 porticus posita in primo solario Et latrina que continet se cum dicta porticu Et
 dicta scala & putheus & curia atque porticus posite circumcirca dictam curiam &
 ripe atque latrine prope ripam posite Nec non & porticus Janua magistralis
 cisterna & curticella dicte cisterne omnes sunt comunes istarum duarum propieta-
 tum & tocius proprietatis de cha Paulo vnde hec proprietates habent Introitum &
 exitum vsque ad duos riuos et ad dictam calem siue viam comunem conuicinorum
 & per dictam viam vsque ad viam comunem Saluis semper & reseruatis omnibus
 Juribus & racionibus suprascriptarum proprietatum prout continetur in diuisione
 magna completa & roborata manu domini presbiterj Marcj Simatecolo plebanj
 sancte Agnetis notarij atque manibus dominorum Judicum procuratorum comunis
 facta in Mcccxxxij^o mensis Julij die xiiij^o Infrante Indicione prima Riualtj Propter
 quandam sentencie cartam completam & roboratam Mcccc xx^o mensis septembris
 die vij^o Indicione xiiij^a Riualtj manu domini presbiterj Micaletj Bono ecclesie